

## 115. BIGNONIA. Gen. Pl.

Ex quinque vel sex speciebus a me in America vissis, unam tantummodo describam, cum illa a reliquis flore fructuque consimilibus valde differat. Est hæc *Bignonia paniculata* Spec. Pl. 623. 5.  
CAL. &c. conf. Mscr. descr.

## 116. CRESCENTIA. Gen. Pl.

COR. *Tubus* laxus, gibbus, curvus, infra plica transversali obtusa; procumbens; *laciniis* acutis: superioribus longioribus, revolutis, inciso-laciniatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, tubi corollæ longitudine, parallela (non patentia), sub dorso corollæ. *Antheræ* incurvantes, bipartitæ, utrinque acutæ.

PIST. *Germen* sessile non periolatum sed cinctum margine glanduloso, obtuso, cui Corolla insidet, quæ fructu ex crescente bacca levissime pedicellatam efficit, quam non excrescit cum Germane; sed hoc vix macifeatum est), oblongum. *Stylus* filiformis, staminibus situ & longitudine æqualis. *Sigma* foliaceum, erectum, ovatum, bipartitum: *laciniis* planis, parallelis.

*Bacca* maxima, cortice duro, pulpa succosa spongiosa.

SEM. subovata &c.

## 117. BARLERIA. Gen. Pl. 604.

Hujus generis species nova mihi visa fuit *Planta annua*, subprocumbens, brachiata; specie ovatis, tetragonis: brachis integris. Fructuatio hujus haec habet.

CAL. *Perianthium* &c. conf. Mscr. descr.

## 118. SIDA. Gen. Pl.

Ad hoc Genus relata *Sida capitata* Spec. Pl. 685, 10. capitulo septemfloris, quæ hic loci (si eadem sit & ne fallat memoria, *Planta* Hort. Upsaliensis, descripta in Actis Ups.) saepius triflora & involucrata est. Duas insuper species novas, *unava* foliis palmatis, rugosis, villotis; *alteram* foliis linear-lanceolatis, rugosis, villosis inveni. Involucro triphylio, trifloro donatas. Sic tres species involucratæ sunt; an ideo haec plantæ, inter Malvas & Sidas intermedia proprium constituere possunt Genus?